

factae. Datum Merseburg anno domini M<sup>o</sup>.CCC.LXVIII. sabbato proximo post Bartholomaei nostro sub sigillo.

Nach dem Orig. auf Papier im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Von drei auf der Rückseite aufgedrückt gewesenen Siegeln sind nur Wachsspuren zurückgeblieben.

No. 122. 1368. 17. Nov.

*B. Friedrich von Merseburg befiehlt den Pfarrgeistlichen seines Sprengels, namhaft gemachte Bewohner der Stadt Leipzig, welche trotz ergangenen Gebots den Verkehr mit dem ehemaligen Probst Ulrich nicht aufgeben, nochmals zu ermahnen und bei fortdauerndem Ungehorsam nach Ablauf einer ihnen zu setzenden Frist zu excommuniciren.*

Fredericus dei et apostolicae sedis gratia episcopus ecclesiae Merseburgensis universis et singulis archipresbyteris plebanis viceplebanis per nostram diocesim constitutis ad quos praesens mandatum nostrum pervenerit salutem in domino et mandatis nostris firmiter obedire. Quamvis nuper vobis dederimus in mandatis sub certis poenis, quod singulos vestros parrochianos in genere et quos nosceretis in specie moneretis tam in Lipkez quam in aliis villis et castellis in nostra diocesi constitutos et publicaretis in ecclesiis vestris, ne domino Vlrico quondam praeposito canonicorum regularium in Lipkez aliquo genere participationis communicarent, dicta tamen nostra sententia parum vel nihil fructificavit, quoniam eidem quondam praeposito multi et praecipue cives opidi Lypezensis utriusque sexus sibi communicent ac si non esset excommunicatus et dei timore postposito nostras sententias vilipendunt in animae suae et honoris dispendium et mulctam nostram merito formidandam. Quare vobis omnibus et singulis mandamus, quatenus adhuc moncatis ex superabundanti omnes et singulos ut prius et praecipue Johannem Hosang, Johannem Lyndenow, Dominicum de Valua, Hermannum Sluk, Kristanum subadvocatum, dictum Hozel, dictum Bychow, Conradum aurifabrum, Johannem picareatorem, Petrum Grymmer, Johannem Oehsener, Nicolaum dictum Heyda, dictum Waltheim opidanos ibidem qui nostras sententias praedictas prae ceteris parvipendunt, quod adhuc infra octo dies a saepe dicti domini Vlrici de Maltiez communione desistant, alioquin praedictos excommunicatos incensis candelis et pulsatis campanis singulis diebus dominicis in ambonibus vestrarum parrochiarum sermone facto ad populum publice nuncietis, facientes hoc quousque vobis aliud dederimus in mandatis, aliis nostris prioribus processibus contra tales promulgatis in suo robore permansuris. Reddite litteram singuli vestris sigillis cum signo executionis factae sub poena praemissa. Datum Merseburg anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.LXVIII<sup>o</sup> feria sexta proxima post Martini episcopi et confessoris nostro sub sigillo.

Nach dem Orig. auf Pergament im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Von vier auf dem untern Rand der Urkunde aufgedrückt gewesenen Siegeln haben sich nur einzelne Reste des ersten, des bischöflichen, erhalten.